

ILLVSTRISS. PRINCIPI. HIPPOLITO
EST EN. S. R. E. PRESBYTERO

Cardinali Ferrariensi

Ioannes Petraloisus Pranestinus S. D.



Agnam esse vim musicas non tantum ad bilirāndos, uerum etiam
ad regendos uersandosq; in omnem partem hominum animos,
et veterum sapientissimi quique dixerunt, et quotidie res ipsa
confirmat. Quo maiori reprobatione digni sunt, qui tanto, ac
tam præclaro dei munere abutuntur non modo ad res leues ac
nugatorias, sed quasi homines non satis suapte Sponte in mala
omnia proclives essent, ad eos magis etiam ad libidinem et ad nequitiam incitandos.
Evidem, quod ad me attinet, semper ab ea consuetudine etiam adolescens abhorui:
Studioseq; cani, ne quid a me prodiret, quo quisquam deterior atq; improbior fieri posset.
Quo me uerius est, matura iam et uergenti ad senium aetate in eodem instituto
persestare, et quiequid in me huic facultatis est, quod sentio quam exiguum sit, quam
sulum tamen est, id totum conserre ad res graues ac serias et Christiano homine di-
gnas. Quod cum post bac perpetuo facere decreuerim, huius animi mei quasi pignus quod
dam hunc librum tibi Princeps Illustriſſ. offero, in quem inclusi selecta quædam
ex ijs que publice in Ecclesia cani solent, ad precipuos totius anni festos dies accom-
modata. Sequentur hunc, si uita sufficeret, et si deus uoleat, eiusdem generis alij, ex
quibus intelligas, beneficia que in me quotidie confers, apud hominem si nulla alia re-
insignem, certe quidem non segnem, neque inertio tio deditum collocari.

Rome Novis Mai.

M D E X I X: